



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

CANONES
CONCILII GANGRENSIS,

Ex interpretatione Isidori Mercatoris.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|--|
| I. De his qui nuptias execrantur. | nes pauperum, risui deputant. |
| II. De his qui abominantur qui carnibus vescuntur. | XII. De his qui pallis vtuntur, & idcirco superbiunt. |
| III. De seruis qui iugum famulatus abiciunt, Christianitatis obtentu. | XIII. De mulieribus qua vtuntur virilibus indumentis. |
| IV. De presbyteris qui habuere coniugia. | XIV. De his qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum. |
| V. De his qui ab ecclesia Conuentus spernendos estimant. | XV. De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios. |
| VI. De his qui ecclesiastica ministeria prater ecclesiam faciunt. | XVI. De his qui patres Christianitatis occasione contemnunt. |
| VII. De fructuum oblationibus, qua ministris ecclesie conferuntur. | XVII. De mulieribus qua se attondent Christianitatis obtentu. |
| VIII. De his qua in vsus pauperum conferuntur. | XVIII. De his qui dominico die ieiunant, tamquam nihil praeteris differente. |
| IX. De his qui in virginitate continentiaque persistunt. | XIX. De his qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolunt. |
| X. De his qui pro virginitate superbiunt. | XX. De his qui collectas, qua fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur. |
| XI. De his qui agapas, id est pastio- | |

CANONES.

I.

SI quis nuptias in accusationem deduxerit, & mulierem fidelem ac religiosam, cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tamquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

II.

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione, praeter sanguinem, & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condemnandum, tam-